Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

firmitatē · et secura post eos sequar. Con-
sularis dixit. Simul uos facio ig-
ne cōsumi. Theodota respondit. Gracias ago.
si digna fuero pro nomine ei⁹ ipsi sac-
rificium fieri. Tunc repletus diabolo mte
tius consularis. iussit ignē copiosum
accendi. et missa est in eo theodota cum
trib⁹ filiis suis. referens deo gracias
et dicens. Benedictum nomen pietatis
tue. qui me nec in isto seculo a filiis
separasti. nec in confessione tui nominis
disiungi passus es. nec in martirio diui-
di permisisti. Passa est autem in prouincia
bithinie apud urbē nicenā cum trib⁹
filiis sancta theodota. Amen.

De Inuencione S. Stephani

Omnino prothomartiri
et sancto et uenerabi-
li himesio episcopo.
humillim⁹ et
omnium infim⁹
lucian⁹ presbiter de
uilla caphar-
gamala. de ter-
ritorio hierosolimitano. in christo ihesu
perpetuā salutem. Reuelacionē que
michi ostensa est. dignum duxi ut uestre
pandere sanctitati. Non iactancia quadam
dico. sed ad cōfirmacionē audiencium.
tercia uice michi ostensa est. Dum quiesce-
rē in basilica baptisterii in stratu
meo sexta feria. circa horā noctis ter-
ciam. dum adhuc uigilarē. tanquā
in excessu mentis effectus. uidi uirum
etate senem. statura procerum. uultu
decorum. prolixa barba. in uestitu can-
dido. annictum pallio. cuius summita-
te erant tanquā auree cruces intexte.
et in manu tenebat uirgā auream.
calciat⁹ caligis in superficie deauratis.
deambulantē corā me et tacentē.
Et cum hoc uiderem. hesitans intra
memetipsum dicebam. Quis putas
est? de deo est: an ex aduersa parte?
Nec enim oblit⁹ fueram uerba apostoli di-
centis. nam et ipse satanas transfigurat
se in angelum lucis. Cum ergo uiderē
eum deambulantē. cogitare cepi in
corde meo et dicere. Si hic homo
de deo est. tercia uice noīe meo me
clamabit. quod si semel me uocauit.
non illi dabo responsum. Qui nichil du-
bitans. dissimulata deambulati-
one uenit ad me. et uirga quā ma-
nu tenebat pulsans me. tercio noīe ⸿ Et iii non. aug. ⸾
meo clamauit dicens. Luciane
luciane luciane. Cui ego respondi.
Quis es domine? Dicit michi. Surge. ua-
de. dic iohanni episcopo hierosolimita-
no. Usque quo clausi sum? usque quo
non aperis nobis. maxime cum temporib⁹
tuis reuelandi sim⁹? Aperi nobis
uelocius. ut per nos aperiat de⁹ generi
humano ostium misericordie sue.
Instat enim tempus ut hic mund⁹ pereat
per multitudine iniquitatum suarum
quas quotidie faciunt. Et addidit.
Non solum mei causa sollicit⁹ sum. sed
pro illis qui mecum sunt. Digni enim sunt max-
imis honorib⁹ collocari. quia locus
in quo iacem⁹ ualde despectus est. Cum
hec ergo audissem. aio ad eum. Dicito
michi domine. tu quis es. et qui sunt tecum? Et
dicit michi. Ego sum gamaliel. qui nutri-
ui paulum qui postea apostolus factus est.
Qui autem iacet mecum ipse est dominus
stephan⁹. qui a iudeis hierosolima
lapidatus est. et die noctuque extra poli
iacuit. eiectum ei⁹ cadauer iussu im-
piorum sacerdotum ut a bestiis et auib⁹